



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

VI. Markgraf Johann vereignet der Gilde Unserer lieben Frauen in der Pfarrkirche zu Perleberg vier Hufen Landes in Prempzelin und Glouezin, welche die von Karstedt besessen, im Jahre 1316.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

iusmodi singulis mansis quinque marcas argenti nobis perfoluit et tribuit prehabitus Thidekinus ita quod praefatis bonis poterit in villa nobelin dotare altare aliquod fundare aut pro suo arbitrio alias vbiunque, nichil omnino subiungentes, quod sepe dictus Thidekinus vel sui heredes aut post ipsorum obitum fenior de progenie illorum de Wardenbergh debet conferre tale altare ydoneo sacerdoti perpetue cum vacare contingeret tempore procedente. In huius rei testimonium praesens scriptum nostri sigilli munimine inviolabiliter roboratur. Testes huius sunt dominus Slothekinus tunc temporis nostrae curie dapifer, dominus hermannus de Luchow noster capellanus, dominus Wernerus plebanus in Lenzin et nobilis comes Hinricus de Luchow, dominus hagenow miles, Nicolaus de weyde miles, Reynerus karstede, Ghodeke de Brizic et alii fidedigni. Datum Berlin anno domini M^o. CCC^o. XVI^o. in rogacionibus.

Nach dem im Großherzogl. Mecklenburgschen Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Original.

VI. Markgraf Johann vereignet der Gilde Unserer lieben Frauen in der Pfarrkirche zu Perleberg vier Hufen Landes in Prempseln und Glouezin, welche die von Karstedt besessen, im Jahre 1316.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Johannes dei gratia brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Recognoscendo publice profiteamur, Quod Strenni famuli, Reynoldus et Reynoldus de Carstede dicti ac fratres eorundem, nostri Seruitores fideles, Quatuor mansos in villa prempzelyn sitos et duos in villa Glouezyn sitos ad altare confraternitatis sancte marie quod vulgariter vnser vrowen Gulde dicitur in Parochiali Ecclesia parleberg situm cum omni iure rite ac rationabiliter vendiderunt. Quorum Sex mansorum proprietatem liberam damus et dedimus per puram nostram voluntatem donatione libera Ita, quod dicti Sex mansi cum omni iure et libertate dicto altari debeant perpetuo deseruire. Et dicti Reyneri ac ipsorum fratres resignauerunt omne id in nostra praesentia, quod in praescriptis Sex mansis habuerunt. Huius rei Testes sunt Dominus Johannes de Quitzow, Boldewinus de Crughe et Wernerus de Stendal, Necnon alii quam plures fide digni. Actum et Datum Sandow Anno Domini Milleesimo Trecentesimo Sexto decimo feria quinta ante palmas.

Nach dem Original des Perleberger Kirchenarchives.

VII. Reinhold und Hermann von Karstedt verkaufen der Marienbrüderschaft in Perleberg 6 Hufen in Glouecyn und Prompseln, im Jahre 1317.

Memorie sepius contrariatur obliuio, si non res geste fuerint scriptis in testibus solidate. Hinc est quod nos Reynoldus et hermannus dicti de karstede recognoscimus praesentibus protestantes, quod rite vendidimus kalendis siue Guldibus sancte Marie in parleberghe VI mansos cum omni iure et iudicio infimo ac supremo, de quibus II mansi ville adiacent Glouecyn et III mansi adiacent ville prompseln, quos etiam illustri principi marchioni de brandenburg resignamus ad usum praedictarum guldarum, cum omni iure et iudicio supremo et infimo veluti superius est expressum. Preterea sciendum quod de praefatis mansis ville prompseln adiacentibus duo mansi diuisim iacent in duabus curiis ibi-